



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

Vtrum affinitas habeat per se gradus? 7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

Sicut enim inest necessitas quedam cohabitandi consanguineis adinvicem, ita & affinibus: & sicut est quoddam amicitia vinculum inter consanguineos, ita inter affines. Sed si affinitas matrimonio superveniat, non potest ipsum dirimere: vt supra dictum est \*

q 50 art. unico, ad 7.

Ad primum ergo dicendum, quod affinitas non contrariatur matrimonio ex quo causatur, sed contrariatur matrimonio quod cum affine contrahendum esset, in quantum impediret multiplicationem amicitia, & concupiscentia repressionem, quae per matrimonium queruntur.

Ad secundum dicendum, quod res possessa a viro non efficiuntur aliquid vnum cum ipso viro: sicut vxor efficitur vna caro cum ipso. Vnde sicut consanguinitas impedit matrimonium vel coniunctionem ad virum secundum carnem, ita & ad vxorem viri.

ARTIC. VII.

326

Utum affinitas habeat per se gradus?

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod affinitas habeat etiam per seipsum gradus. Coniungit enim propinquitatis est accipere aliquos per se gradus. Sed affinitas propinquitatis quaedam est. Ergo habet gradus per se sine gradibus consanguinitatis, ex quibus causatur.

ii. 4. sent. d. 41. §. B a med.

¶ 2 Præterea, In littera ¶ dicitur, quod soboles secundæ coniunctionis non potest transire ad consanguinitatem affinitatis prioris viri. Sed hoc non esset, nisi virilius affinis etiam esset affinis. Ergo affinitas habet per se gradus sicut consanguinitas.

SED contra, Affinitas ex consanguinitate causatur. Ergo & omnes gradus affinitatis causantur ex gradibus consanguinitatis: & sic non habet per se aliquos gradus.

RESPONDEO dicendum, quod res non dividuntur diuisione per se, nisi ratione illius, quod cõpetit illi secundum genus suum: sicut animal per rationale & irrationale, non autem per album & nigrum. Carnis autem

nam propagatio per se comparatur ad consanguinitatem: quia ex ea immediate consanguinitatis vinculum contrahitur: sed ad affinitatem non comparatur nisi mediante consanguinitate, quæ est causa eius. Unde cum gradus atinentiæ per propagationem carnis distinguantur, distinctio graduum per se & immediate competit consanguinitati, sed affinitati mediante consanguinitate. Et ideo ad inveniendum gradus affinitatis est regula generalis, quod quoto gradu consanguinitatis atinet mihi vir, toto gradu affinitatis atinet mihi vxor.

Ad primum ergo dicendum, quod gradus in propria atinentiæ non possunt accipi, nisi secundum ascensum, & descensum propagationis, ad quam comparatur affinitas, nisi mediante consanguinitate: & ideo affinitas non habet gradus per se, sed acceptos iuxta gradus consanguinitatis.

Ad secundum dicendum, quod filius affinis meæ non est in alio matrimonio, non per se loquendo, sed quasi per accidens, dicebatur antiquitus affinis. Unde prohibebatur à matrimonio magis propter publicam honestatis iustitiam, quam propter affinitatem: & propter hoc etiam ea prohibitio nunc est reuocata.

ARTIC. VIII.

Utrum gradus affinitatis extendantur sicut gradus consanguinitatis?

Ad octauum sic proceditur. Videtur, quod gradus affinitatis non extendantur, sicut gradus consanguinitatis. Quia vinculum affinitatis est minus foris quam consanguinitatis, cum affinitas ex consanguinitate causetur in diuersitate speciei, sicut à causa inueniuntur. Sed quanto fortius est vinculum, tanto magis durat. Ergo vinculum affinitatis non durat vsque ad totum gradus, ad quod durat consanguinitas.

Præterea, Ius humanum debet imitari ius diuinum. Sed secundum ius diuinum aliqui gradus consanguinitatis erant prohibiti, in quibus gradibus affinitatis matrimonium non impediēbat: sicut patet

Hh 4 de

227  
S. affinitatis, in-  
siit de nu-  
prijs.

\*Deuter.  
25. & R.  
th.4.